Caius Scipio bello nauali Amphoras pice: & tede plenas in hostium classem iaculatus est quæ iactus & pondere foret noxius: & disfundēdo quæ continuerant: alimētum præstarent incendio.

Hannibal regi Antiocho mōstrauit ut in hostium classem uascula iacularetur: uiperis plena: quarum metu perterriti milites a dimicatiōe & nauiticis ministerijs impeditur. Idem fecit iam cedente classe sua prusias.

Marcus Porcius de impetu in classem hostium cum transiuisset deturbatis ex ea penis: eorumq; armis & insignibus inter suos distributis multas naues hostium quos sociali habitu sefellerat merfit.

Athenienses cū subinde a Lacedæmoniis ifestaretur diebus festis quos sacros mineruæ extra urbem celebrabant omnē quidem quolētium imitationem expresserunt: armis tamen ueste celatis: pacto ritu suo nō statim Athenas reuersi sed ptinus ide rapti acto a gmine eo tēpore quo minime timebant agros hostiū qbus subinde prædæ fuerāt ultro depopulati sunt.

Cassius onerarias naues non magis ad alios usus accēsas oportuno uēto in classem hostium misit: & incendio eam consumpsit.

M. Liuius suso Hasdrubale hortātib' eū qbusdā uo hostē ad iternitionē psequere respondit aliq & supsint qui de uictoria nostra hostibus nūtiēt.

Scipio Aphricanus dicere solitus est hosti non solum dandam esse uiam, fugiendā: sed etiam muniendam.

Pericles Atheniensis affirmauit incolumes futuros hostes: si deponerēt ferrum: eiusq; obsecutis conditionibus uniuersos qui in singulis ferreas fibulas habuissent interfici iussit.

Hasdrubal subitiens dolum numidis ingressus fines eorum resistere parantibus: affirmauit ad capiēdos se uenisse elephantos quibus ferax ē numidia ut hoc permetterent securitatē poscentibus. promisit & ex ea psua-

sione aduocatos ad ortus sub leges redegit.

Aleta Lacedæmōius ut Thebanoz̄ com meatum facilius ex opinato agrederetur in occulto paratis nauibus tanq̄ unam oīno haberet turrē cōmeatibus in eam exercebat quodam deinde opere omnes naues in thebanas transnauigātes imisit & cōmeatibus eoz̄ potitus est.

Ptholemæus aduersus Perdica exercitu præualētem ipse inualidus omne pecudū genus religatis ad tergum quæ traherent carpētis agendum p̄ paucos curauit equi. es ipse p̄gressus cum copiis quas habebat effecit: ut puluis quem pecora excitauerat speciem magni exercitus sequētis moueret. Cuius expectatione territū fecit hostem.

Mironides Atheniensis aduersus Thebanos equitatu p̄ualentes pugnaturus in campis suos edocuit manētibus esse spem aliquā salutis cedentibus autem pernitiōsissimum. **Qua** ratiōe confirmatis militibus uictoriā consecutus est.

C. Pinarius in Sicilia p̄sidio enne præpo situs: clauēs portæ quas penes se habebat reposcentibus Atheniensibus q̄ suspectos eos tanq̄ transitionē ad penum pararent habebat: petiit unius noctis ad deliberationem spatiū idicaraq̄ militibus fraude Græcoz̄ cum præcepisset ut parati postera die signum expectarem: postera luce assistentibus reddituz̄ se clauēs dixit: sic idem oēs Athenienses occidit.

Hiphycrates dux Atheniensiuū classē suam hostili habitu instruxit: & ad eos quos suspectos habebant inuectus cum effuso studio exciperetur dephensa eoz̄ p̄sidia oppidum diripuit.

Romani cum campanis equitibus nullo modo pares essent. **Quitus** Neuius centurio in exercitu Fuluii flacci pro cōsulis excogitauit ut delectos exercitu ex toto qui uelocissimi uidebantur ex melioris stature erant spatulis non amplis & galericulis: gladiisq̄ ac septenis singulos hastis quaternorum circiter pedum armare eosq̄ ad unctos equitibus iuberet usq̄ ad moenia prouehi deinde ibi positis nostris equitibus incipere inter hostium equitatum præliari. **Quo** facto uehementer & ipsi Campani afflicti sunt: & maxime equi eorum: quibus turbatis prona nostris uictoria fuit.

Pūblius Scipio in Lidia cum die ac nocte hymbre cōtinuo uexatū exercitum Antiochi uideret nec homines tantum aut equos deficerē uerū arcus quoq̄ madentibus neruis inhabiles factos exhortatus est suos: ut postero quāuis religioso die cōmitteretur prælium quam sententiam secuta uictoria est.

Catonem uastantem Hispaniam: legati legatum qui sociorum populus erat adierunt orauerunt auxilia. Ille ne aut abnegato adiutorio socios alienaret: aut deducto exercitu uires minueret tertiam partem militum cibaria parare & naues ascendere iussit: dato p̄cepto ut cauti uentos retro redi

rent: recedens interim aduentantis auxilii rumor uti lege tantū excitauit animos ira hostiū consilia decussit.

Cæsar cū in partibus Pompelanis magna equitum Romanorū esset manus: eaq; armorū scientia milites conficeret: ora oculosq; eorū gladiis peti iussit: & sic aduersam faciem cedere coegit.

Vacceri cū a Sempronio Graccho collatis signis urgerētur uniuersas copias cinxere plaustris quæ impleuerat fortissimus uiris muliebri ueste tectis Sempronium tanq̄ aduersus foeminas audacius ad obsidendos hostis cōsurgentem hi q; in plaustris erant aggressi fugauerūt.

Eumenes Sardinianus ex successoribus Alexandri in castello quodam clausis qui exercere equos non poterant certis quotidie horis: ita suspendebat ut posterioribus pedibus innixi prioribus alleuatis dū naturalem assistendi apperūt cōsuetudinē ad sudorē undiq; crura iactarent.

Marcus Cato pollicentibus Barbaris duces itinere: & insuper præsidium si magna sūma eis promitteretur. non dubitauit polliceri: quia aut uictoribus ex spoliis hostilibus dare licebat aut interfectis soluebat pmissio.

Quintus Sempronius post infaustam aduersus Pœnos dimicationem: qua collegam Marcellum amiserat cū comperisset potitum anulō interfecti Hannibalem litteras circa municipia totius Italiae dimisit ne crederent epistolis siquæ marcelli anulō obsignatæ perferrentur. Monitione contentus ut Salapia & aliæ urbes frustra hānibalis dolis tentarent.

Post Cannensem cladem percussis ita Romanorū animis ut pars magna reliquarū nobilissimis auctoribus deserendæ Italiae iniret consilium: Publius Scipio adolefcens admodū impetu facto in eo ipso in quo talia agitantur cetu pronūtiavit manu se sua interfecturū nisi qui iurasset non esse sibi mente in destituende reipublicæ. Cūq; ipse primus religione tali se obligasset stricto gladio mortem unex proximis minatus nisi acciperet sacramentū. Ille metuens cæteros etiam exemplo coegit ad iurandū.

Volscorū castra cū prope a uirgulis siluarū posita esset: Camillus ea omnia quæ exceptū ignem usq; in uallū perferre poterat incēdit & sic aduersarios exiit castris.

Perfes bello sociali eodem modo prope cum copiis omnibus interceptus est.

Metellus in Hispania castra moturus cū in agmine milites continerent se intra castra Hermocrates detētos eos postero die habilioribus iam suis tradidit bellūq; confecit.

Melciades cū ingentem Persarū multitudinem apud Marathonem fudisset Athenienses circa gratulationem morantes compulsi ut festinarēt ad opem urbi ferendam: quā classis Persarū petebat. Cumq; percurrissent implessentq; moenia armatis Persæ rati ingentem esse numerū Athenien-

Stratagemat
 apud Marath
 exemplo nauibus
 Atheniensis cū excep
 operates
 cedere cogit
 compleuit: qu
 Quæ facie de
 inermesq;
 Atheniensium uic
 armis induit.
 apud
 superstantiū ag
 die & nauali & pe

sim Rome per Venera
 Anno. M. cccc.

Stratagematum Liber Quartus.

sium:& alio milite apud Marathonem pugnatū: alio pro muris suis oppo-
ni circūactis extemplo nauibus Asiam repetierūt.

Pisistratus Atheniēsis cū excepisset Megarensiū classē quā illi ad eleū
noctu applicuerant ut operatas cereris sacro sœminas Atheniensium rape-
rent: magnaq; edita cede eorū: iustus esset suos: eadem quæ ceperat nauigia
Atheniensi milite compleuit: quibusdam matronarū habitu captiuorū in
conspetu locatis. Qua facie decepti magarēses tanq̄ suis & cum successu
renauigantibus effusi inermesq; rursus oppressi sunt.

Conon dux Atheniēsiū uicta classe Persarū apud insulam Cypron mi-
lites suos captiuis armis induit. & eisdem Barbarorū nauibus ad hostem
nauigauit in pamphiliam apud flumen Eufmedoniam. Persarū quia & na-
uigia & habitum superstantiū agnoscerent: nil cauerunt. Subito itaq; op-
pressi eodem die & nauali & pedestri prælio uicti sunt.

FINIS.

Impressum Rome per Venerabilem uirum Magistrum Eucharium Sil-
ber: alias Franck Anno. M. cccc. xciii. die tertio nouembris.



Modestus de re militari ad Theodosium Augustum.

ES Militaris in tres diuidit partes: Equites: Pedites:
Et Classes: Equitum alas dicunt eo quod ad similitudinem
alarum ab utraque parte protegant acies. Quae uexilla
tiones uocantur a uelo: Quia uelis hoc est flammulis
utantur. Et est aliud genus equitum quod legionarii uo-
cantur: propterea quod connexi sunt legioni. Verum ipsi
pedites in duas diuisi sunt partes: hoc est in legiones

& in auxilia. Auxilia a sociis uel foederatis gentibus mittebantur. Legio au-
tem ab eligendo appellata est: quod uocabulum eorum desiderat fidem atque
diligentiam qui milites probant. Producendi uero tyrones sunt semper ad
campum: & secundum matriculae ordinem in aciem dirigendi. Ita ut primo
simplex: & extensa sit acies: ne quos sinus: nequas habeat curuationes: sed
aequali legitimoque spacio miles distat a milite: & praecipendum ut subito
duplicent aciem: ita ut in ipso impetu is ut ad quem respondere solet ordo
seruetur. Tertio praecipendum ut quadratam aciem repente constituat. Quo
facto in tyronum quem Cuneum uocant: acies ipsa uertenda est: quae ordina-
tio plurimum prodesse consuevit in bello. Auxiliares cum ducuntur ad pra-
elium ex diuersis locis: & ex diuersis moribus uenientes, nec disciplina inter
se nec notitia: nec affectione consentiunt & alia instituta: & alius inter eos
est usus armorum. Necessum est autem ad uictoriam prouenire: qui discrepant ante
quam dimicent. Legionibus semper auxilia tanquam leuis armatura in acie iungeban-
tur: ut in his praeliandi magis admitticulum esset quam principale subsidium. In om-
nibus aetate inuenitur singulos consules aduersum hostes copiosissimos non
amplius quam binas duxisse legiones additis auxiliis sociorum. tanta in
illis erat exercitatio: tanta fiducia ubi cuius bello duae legiones crederentur
sufficere posse. Sciendum est enim in una legione decem cohortes esse
debere. sed prima cohors reliquas numero militum & dignitate praecedat.
Nam genere atque institutione litterarum uiros electissimos quaerit. Haec
enim suscipit aquilam: quae praecipuum signum in romano est semper exer-
citu: & totius legionis insigne. imagines imperatorum. haec enim imagi-
nes tanquam diuina & praesentia signa singuli uenerantur. Habet pedites. M.
C. v. equites loricatedos. C. xxxii. & appellatur cohors miliaria. Haec caput est
legionis. Ab hac enim cum pugnandum est. Prima acies incipit ordinari.
Secunda cohors habet pedites. D. L. x. equites. Lxvi. & appellatur cohors
quingentaria. Tertia cohors similiter habet pedites. D. Lv. Equites. Lxvii
sed in hac cohorte tertia ualidiores & probati milites: qui in media acie con-
sistant. cohors quarta habet pedites. Lv. Equites. Lxvi. Cohors quinta ha-
bet pedites. D. Ly. Equites. Lxvi. Sed quinta cohors strennuos desiderat

Modestus de re militari

milites: quia sicut prima in dextro: ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hæc quicq; cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites, D. Lx. Equites, Lxvi. In prima quoq; nucleati ascribendi sunt iuniores: quia in secunda acie post aquilam & imagines cohors sexta consistit. Cohors septima habet pedites, D. Lx. Equites, Lxvi. Cohors octaua habet pedites, D. Lx. Equites, Lxvi. sed & ipsa animosos desiderat uiros: quia in secunda acie consistit in medio. Cohors nona habet pedites, D. Lx. Eqtes, Lxvi. Cohors decima habet pedites, D. Lx. Equites, Lxvi. & ipsa bonos consuevit accipere bellatores: quia sicut in secunda acie sexta dextrum: ita decima sinistrum possidet cornu. Iis, x. cohortibus legio plena fundat: quæ habet pedites, vi. M. C. v. Equites, D. cc. xxvi. Minor numerus armatorum in unaquaq; legione esse non debet. Maior autem consuevit esse & non tantum unam cohortem: sed etiam alias miliarias si fuerit iussa suscipere. Tribunus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio destinatur: minor tribunus puenit ex labore tribunus. Tribunus autem uocatur ex tribu. Quia præest militibus quos ex tribu primus Romulus legit. Ordinarii dicuntur qui in prælio primos ordines ducunt: Aquiliferi qui aquilam portant: Imaginarii qui imperatoris imagines ferunt: optiones ab optando appellati qui antecedentibus ægritudine præditis hi tanquam adoptati cum eorum uicario solent uniuersa curari: Signiferi qui signa portant: quos nunc Draconarios uocant. Tesseraarii qui tesseras per contubernia militum nunciant. Tessera autem dicitur præceptum ducis quo uel ad aliquod opus: uel ad bellum mouetur exercitus. Torquati duplares: Torquati simplares: quibus torques aureus solius uirtutis premium fuit: quem qui meruisset præter laudem interdum duplam consequebatur annuam. Item prius hastatus duas centurias id est, cc. homines ducebat in acie: secunda quem nunc ducentarium uocant: princeps autem primæ cohortis centurio hoc est, cl. homines gubernat: sic, x. centuriis regebantur quibus magnæ utilitates: & magnus honor a ueteribus est constitutus: ut ceteri milites ex tota legione omni labore ac deuotione contenderent ad tanta premia peruenire. erant etiam centuriones qui singulas centurias curabant: qui nunc centenarii nominantur. erant decani, x. militibus præpositi: qui nunc caput contubernii uocantur. Secunda cohors habet centuriones, v. Similiter tertia & quarta usque ad decimam cohortem. In tota autem legione erant centuriones, Lxvi. Sed legati, Imp. ex consulis ad exercitum mittebantur: quibus legiones & auxilia uniuersa obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorum. In quorum locum illustres uiros constat magistros militum substitutos: a quibus non tantum binæ legiones sed etiam plures numero gubernantur. proprius autem iudex erat præfectus legionis habens comitiuam primi ordinis dignitatem: qui absente legato tanquam uicarius ipsius potestatem retinebat. Tribuni uel centuriones cæte-

... præcepta seruab
... Similes crime
... imbuo deputat
... Remona ad curam
... solum pedum
... carabatur. primi
... necnes etiam per
... antiqui qui (ci
... ubi atq; confu
... singulis
... uel quota eff
... tententes uel le
... oberare non p
... nimium bellicos
... error. Cui eun
... nomem qui lign
... diuiz sunt. v.
... decanus: q
... uocabat a
... inter pedites
... Et habet
... Pedes qui, v. de
... uno uexillo gubern
... centurio el
... hastas uel missi
... qui turmæ eq
... armis circū
... quitare se
... sub cura
... deponit. Nunc q
... legionis ex
... locant in corn
... dextro: ubi
... huic ac
... ante sig
... uocabant
... que habebat
... spatia
... politas in

Ad Theodosium Augustū.

riq; milites eius præcepta seruabant uigiliarum siue professionis, Tesseræ ab eodem petebāt, Similes crimen aliquod admisisset auctoritate præfecti legionis a tribūno deputatur ad poenam. Arma omnium militum, Itē equi uestes & annona ad curam ipsius partiebant, Disciplina: seueritas: exercitus non solum peditum: sed etiam equitum legionariorum præcepto eius quotidie curabatur, primū signum totius legiōis est aquila: quā aquilifer portat, dracones etiam per singulas cohortes a draconariis feruntur ad prælium, Sed antiqui qui sciebant in acie commisso bello celeriter ordines aciesq; turbari atq; confundi: & ne hoc posset accidere cohortes in centurias diuiserunt: & singulis centuriis singula uexilla constituerunt: ita ut ex qua cohorte uel quota esset Centurio in nullo uexillo litteris esset adscriptū: quod intuentes uel legentes milites in quē uis tumultū a contubernibus suis oberrare non possent, Centuriones insuper qui nūc centurii uocantur, nimiū bellicosas loricas transuersis cassidū cristis ut a suis facilius noscerentur: habent quiq; singulas gubernare iusserunt cateruas nullus existeret error: Cū cuncti milites sequerentur non solum uexillū suū sed etiam centurionem qui signū habebat in galea, Rursus ipsæ centuriæ in contubernia diuisæ sunt: ut, x. militibus sub uno papilione degentibus unus quasi præfesset decanus: qui caput Contubernii nominat, Contubernium autē manipulus uocabatur ab eo q̄ coniuētis manibus pariter dimicabant, Quēadmodū inter pedites centuria uel manipulus appellatur: ita inter eqtes turma dicitur, Et habet una turma equites, xxxii, huius q̄ præfesset decurionem, Pedites qui, x. decedibus, Centuriæ præerant ab uno centurione sub uno uexillo gubernant, similiter, xxxii, equites sub uno uexillo reguntur, præterea centurio eligendus est qui sit magnis uiribus & procerâ statūrâ: q̄ hastas uel missilia pariter iaculetur & fortiter, Similiter eligendus est decurio qui turmæ equitum præponitur: in primis habili corpore ut loricator: & armis circūdatus omnibus cum summa admiratione equū possit ascendere: equitare fortissime: contra scienter uti: sagittas mittere: turmales suos idest sub cura sua eqtes positos erudire ad omnia quæ equestribus pugna deposcit, Nunc qualiter instruēda sit acies si pugna imminet declaratur unius legionis exemplo, q̄ si usus exegerit transferri possit ad plures, Equites locantur in cornibus, Acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro: huic cohors secūda coniungitur, tertia cohors in media acie collocatur, huic aduectitur quarta, Quinta uero cohors sinistrū suscipit cornu, sed ante signa & circa signa nec nō etiam in prima acie dimicantes principes uocabantur hoc est ordinarii cæteriq; principalis hæc erat grauis armaturæ quæ habebat cassides cathafractas ocreas i cruribus scuta gladios maiores: quos spatas uocant: & alios minores quos semispatas nominant plūbatas quas politas in scutis: quas primo ipetu iaciunt, Item

bina missilia unū maius ferro triangulo unciarum nouem hastili pedum
 quinque semis: quod pilū uocabant: nūc spiculū dicitur: ad cuius iactū exer
 cebant præcipue milites, quod arte & uirtute directū & scutatos pedites;
 & loricos equites sæpe transuerberat. Aliud minus ferro unciarū quique
 hastili trium pedū semis: quod tūc uerriculom nunc uerrutū dicitur. pri
 ma acies principum: secunda hastatorum armis talibus dicitur instructa.
 Sed in secunda acie dextro cornu: cohors sexta ponebatur: cui iungebatur
 septima. Octaua cohors mediam aciem tenebat: Nona comitāte. Decima
 cohors in secunda acie sinistrum semper obtinet cornu. Instructionis uero
 lex est: ut in primo ordine exercitati & ueteres milites collocentur: quos
 antea principes uocabant. In secūdo ordine circūdati cathafractis & opti
 mi milites. Cum spiculis uel lanceis ordinentur quos hastatos uocabat. In
 ter ordinem a tergo uallatum sex pedes distare uoluerunt: ut haberent pu
 gnantes spaciū accedendi atque recedendi. uehementius enim cū saltu cur
 suque tela mittuntur. In iis duobus ordinibus ætate maturi & usu confidē
 tes & muniti grauioribus armis collocantur. Hi enim ad uicem muri nec
 cedere nec sequi alium debent. & turbentur ordines sed aduersarios uehe
 menter excipere & stando pugnandoque repellere uel fugare. Tertius ordo
 disponitur de armatis uelocissimis: de sagittariis iuuenibus: de bonis iacu
 latoribus: quos antea serentarios nominabāt, quartus autē ordo cōstituitur
 de scutatis expeditissimis sagittariis iunioribus de iis que alacriter se agunt
 uerrutis uel martiobarbulis: quas plūbatas noīant: que dicebant leuis arma
 turæ. Sciendum est ergo stantibus primis ordinibus tertium & quartū or
 dinem ad puocandū cū missilibus & sagittis primo loco semper exire que si
 hostes in fugā uertere poterūt: ipsi cū equitibus psequuntur. Si uero ab ho
 stibus pulsī fuerint: redeunt ad primā & secūdam aciem: & inter ipsas recipiūt
 se ad loca sua. prima autē & secūda acies cū ad hisptas. i. spatas & pila ut dici
 tur uentū fuerit totū sustinet bellū. In quinta acie ponebant balistarii fun
 dadores tragularii fustibulatores: que fustibulis lapides iaciūt. fustibulus est
 longus pedibus quattuor: cui per mediū ligat funda de corio & utraq; manu
 impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa. vi. ordo oēs infirmis &
 securati & oī genere armorū munitis bellatoribus tenebat antiq; triarios
 appellabāt: hi ut regeti & integri acius iuaderēt hostes post ultimas acies
 federe consueuerant. Sed si quid enim primis ordinibus accidisset: de eorū
 uiribus reparationis spes tota pendeat. Omnes autē signarii uel signi
 feri quī pedites sint loricas minores accipiebāt: & galeas ad terrorem ho
 stium ursinis pelibus tectas. centuriones uero habebāt cathafractas: & scu
 ra & galeas ferreas transversas & argentatis crissis ut facilius agnosceren
 tur a suis. Illud autem sciendum est & modis omnibus reticendum: que cō
 munito bello prima ac secunda acies stabat imota. Triarii quoque residebant

Ad Theodosium Augustum.

ferentarii aut armorum leuis & sagittarii & funditores aduersarios prouocabant. Ante aciem procedentes si hostes fugare poterant sequebatur: sed si eorum uirtute ac multitudine premebantur: reuertebantur ad suos: & post eos stabant: excipiebat aut prelium grauis armatura: & tanquam murus: ut ita dicam ferreus stabat: & non solum missilibus sed gladiis cominus dimicabant. & si hostes fugassent: non sequebat grauis armatura: ne acie sua ordinationem turbaret: & dispersos recurrentes hostes incopositos opprimeret. Sed leuis armatura cum funditoribus sagittariis & equitibus fugientes sequebatur inimicos. Hac dispositione atque cautela sine periculo legio uincebat aut superata seruabatur incolumis: quia legionis ius est facile nec fugere nec sequi. Sed ne milites aliquando in tumultu prelii cum suis contubernalibus oberrarent: diuersis cohortibus diuersa in scutis signa pingebant. Præterea in aduerso uniuscuiusque militis erat nomen litteris adscriptum addita ea ex qua essent cohorte: quæue centuria. Ex iis autem apparet legionem bene institutam quasi inuictissimam esse ciuitatem: quæ omnia prelio necessaria secum ubique portaret. Nec metueret repentinum hostium supeuetum: quæ et in mediis campis subito fossa ualloque imineret. Habet præterea legio tubicines: cornicines: buccinatores. Tubicines ad prelium uocant milites: rursus receptui canunt. Cornicines quotiens canunt non milites: sed signa ad eorum obtemperant nutum. ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt soli milites tubicines canunt: quotiens mouenda sunt signa cornicines canunt. Classarii autem appellantur buccinatores qui cornu ducunt exercitum. Hoc insigne uidetur imperii: quia classicum canit in parte presentem: uel cum in militem capitaliter animaduertitur. hoc enim ex imperialibus legibus fieri necesse est. Siue ergo ad uigilias uel ad gratias faciendas: siue ad opus aliquod uel ad cursorem campum exeunt milites tubicine uocante operantur. Rursus tubicine admonente cessant. Quod ideo in omnibus exercitiis & processibus custoditur: ut in ipsa pugna facilius obtemperent milites siue eos pugnare siue stare siue sequi uel redire præcipiunt duces. Si quidem ratio manifesta est semper in acie debere fieri quod necessario faciendum uidetur in prelio. De singulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubitu nocte faciunt: & quia impossibile uidebatur in speculis uigilantes singulos permanere: ideo in quattuor partes ad desidem sunt diuisa uigilia: ut non amplius quam tribus horis nocturnis necessarium sit uigilare. A tubicine omnes uigilia committunt: & finitis horis a cornicine reuocantur constructa acie pedites equites ponunt in cornibus: ita ut lorica: in omnes & contracti iuncti sint pedibus. Sagittarii autem uel qui loricas non habent longius euagentur: a fortioribus namque equitibus peditem protegenda sunt latera: & a uelocioribus atque expeditis hostium cornua semper fundenda atque

turbanda. Scire dux debet contra quos drungos hoc est globos hostium quos equites oporteat poni. Nā nescio qua occultatione: imo pene diuina alii contra alios dimicant melius: & qui fortiores uicerant: ab inferioribus sæpe uincuntur: & si equites impares fuerint: more uetere uelocissimi cū scutis leuibus pedites ad hoc ipsum exercitati iidē miscendi sunt: quos ex peditos quasi uolitantes Velites nominabant. Quo facto quis fortissimi equites hostiū euenerint: tamen aduersus mistum agmen pares esse nō possunt. Vnum hoc remediū oēs duces ueteres inuenerunt ut assuescere facerent iuuenes currentes egregie: & inter binos equites singulos ex iis pedes collocarent: cū leuioribus scutis: gladiis: atq; missilibus. Elephantis in piliis magnitudine corporis barriti horrore formæ ipsius nouitate homines equosq; cōturbant. Hos cōtra Romanum exercitū primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit: postea Annibal in Africa: rex Antiochus in oriente: Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt: aduersus quos diuersa cogitarunt genera armatorum. Nā Centurio in Lucania gladio manū: quem promulscedem uocant: uni abscedit: & bini catafracti equi iungebantur ad currum: quibus insidentes Ancleassarissas: hoc est longissimos contos in elephantos dirigebant. Alii contra elephantos catafractos milites imiserunt: ita ut in brachiis eorum: uel in cassidibus uel humeris aculei ingentes ponerentur ex ferro: ne elephas bellatorem contra se uenientem possit apprehendere: præcipue tamen antiqui uelites aduersus elephantos ordinauerunt. Velites autem erant iuuenes leui armatura corpore alacri: qui ex equis optime missilia dirigebant. Hi equis præcurrentibus ad latiores lanceas uel maiora spicula beluas occidebant. Sed crescente audacia postea collecti plures milites pariter pila hoc est missilia in elephantos congregabant: eosq; uulneribus elidebant. Illud additum est ut funditores cum sustibalis & fundis rotundis lapidibus destinatis nullos per quos regebantur elephantos: cum ipsis curribus affligerent atq; macerarent: quo nihil tutius inuenitur. Postea uenientibus beluis quasi irrupissent aciem spacia milites dabant: quæ cum in agmen mediū prouenissent circumfusis undiq; armatorum globis a magistris militum absq; uulneribus capiebantur illæsi. Sed optima ratio est & ad uictoriam plurimū confert ut lectissimos de pedibus equitibusq; cū uicariis: comitibus: tribunisq; uacantibus habeat dux post aciem in subsidiis præparatos: alios circa cornua: alios circa mediū: ut sic ubi hostis uehementer insitit: ne rompatur acies prouolent subito & suppleant loca: ad ditaq; uirtute inimicorum audaciam frangant. Huius cautelam primi locos inuenerunt imitati Carthaginenses. Alteram post hæc ubiq; seruarunt. Hac dispositione nulla melior inuenitur. Nam directe acies hoc solū agere debet aut petere ut hostem repellat aut fundat. Si cuneus sit agendus aut forfex superfluos habere debet. De quibus cuneum forficemq; faciēs du

aliqua ex ab
 manfere corpe
 melius est habe
 plurimos. Cum ex
 lum per die
 consilium tu
 te conuenit.
 iam peru
 facturus is cu
 operis p
 medioc
 plurimi
 in hominibus
 Athenienses
 Romano
 Macedones ac
 Dacos aut
 ipsum M
 uniser sag
 imperi di
 ad ciuilia tra
 agi: postea diffim
 molebit.

Ad Theodosium Augustū.

cenda sit grauit̄ ex abundantibus ducitur. Nam si de loco suo ordinatū militem transferre cōperis: uniuersa turbabis: q̄ si bellatoꝝ copia tibi nō abundat: melius est habere aciem breuiorem: dummodo in subsidiis col- loces plurimos. Cum explorator hostium latenter oberrat in castris oēs ad tentoriū sum per diem redire iubeantur: statim deprehenditur explo- rator. Cum consiliū tuum cognoueris aduersariis proditum: dispositio- nem mutare te conuenit. Raro enim manet absconditum quod ad notiti- am multitudinis iam peruenit. Quid fieri debeat tractato cum multis. Quid uero facturus sis cum paucissimis ac fidelissimis: uel potius ipse te- cum. Hæc martii operis præcepta per diuersos auctorum libros dispersa Imperator inuicte mediocritatem meam abbreviare iussisti: ne uel fastidi- um nasceretur ex plurimis: uel plenitudo fidei deesset in paruis. Neq̄ enī degenerauit in hominibus martius calor: nec defectæ sunt terræ quæ lace- dæmones: quæ Athenienses: quæ marfos: quæ samnites: quæ pelignos: quæ ipsos progenuere Romanos. Nonne Epiri armis plurimū aliquādo ualue- runt? Nonne Macedones ac Thessali superatis persis: usq̄ ad indiā bellā do penetrarunt. Dacos aut̄ & Misios & Thraces inter bellicosos semp̄ fuis- se manifestū est: ut ipsum Martem fabulæ apud eos natum esse confirmet. Longum est uniuersaq̄ prouinciarum uires enumerare contendam: cum omnes in romani imperii ditione consistant. Sed longa securitas pacis ho- mines partim ad ciuilia trāduxit officia: ita cura exercitii militaris primo negligenter agi: postea dissimulari: ad postremū olim in obliuione perdu- cta cognoscitur.

Modesti de re militari. Finis.



De instruendis aciebus.

Aeliani de instruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianum a Theodoro Thessalonicense latinum factum: & Antonio Panormita Alphonsi regis præceptori dicatum.

Præfatio.

Cientiã græcis acieꝝ instruendaz solitã Diue Hadriane: quã ab Homeri usq; tẽporibus sumpsisse in titium certũ est. Lris cõplures mãdarũt auctores lupi ores: qui parũ eam quã nos hñe in rebus mathematicis credimur disciplinã tenuere. Quã ob rẽ pace oĩum dixerim ita persuasus de hac eadẽ tractare scientia uolui: ut posteros nostra potius q̃ illoꝝ antiquoꝝ præcepta lecturos cõsiderẽ. tamen q̃ Romanam huiusmodi rei facultatẽ ac peritiã: ut uerum fatear: ignorare diu dubitauĩ an rẽ repetere i usq; reuocare deberẽ. Iam lapsam desitã & forsã minime præterea utilẽ ob eã doctrinã: quã tui Romani inuenere. Sed cũ ad diuũ Neruã patrẽ tuũ salutandi uisendiq; gratia. Formias uenisset: diesq; nonnullos apud Frontinũ uirũ cõsularẽ insignem: & rei militaris peritũ diuiterẽ. Intellexi sane non minus studiũ ab eo ipso græcæ impendi q̃ Romanæ scientiæ militari: atq; ita negligendũ præterea quod de acieꝝ instructione more græcoꝝ docerem non censui: ratus. s. nunq̃ apud Frontinũ posse id studiũ seruari: nisi haud deterius eo genere ordinãdi quod Romani exercent habere. Formã igit̃ operis quã notauerã quidẽ aliq̃do litteris: sed nunq̃ edere ausus sum propter tuã summã peritiã & uirtutẽ: qua facile oēs qui copiis unq̃ imperauerint: antecellis: modo perficiendã expoliendãq; repetiĩ ea cum diligẽtia: ut præ omnibus uetẽꝝ auctoꝝ græcoꝝ operibus posset meo iudicio cõprobari. Nam dilucidã quidem ordinatãq; expositionis ratione futurum ita affirmauerim: ut qui opus hoc legant longe & plenius possint doceri & facilius: q̃ ex iis quæ antiquiores reliquerunt: sed q̃ hoc ita est: tamen non sine pudore sum ma q; retractõẽ mitteĩ opus militare ad te poterã: Tam multoꝝ magnorumq; belloꝝ magistrum atq; imperatorem. Haud enim fieri potest qui in hæc tenuiora uideantur si cum tuis cõferri uolueris. At si ut peregrinam scientiam & rationum elegantiusculam quandã legeris cõmentationem credo non nihil capies delectationis: præsertim si in his uel Alexandri Macedonis ingeniũ ac studium militare contempleris. Sũmas autem & ueluti capita eoz quæ explicantur præposui omniũ: ut quando per tuas occupationes minus plura legere liceat: paucis quæ liber continet itelligere posses: & quæ placuerit legere facile sine ulla iactura temporis inuenires.



Primus oſum quos nouerimus: poeta Homerus acieꝝ inſtru
 endæ ſciam tenuiſſe: ac hoïes ea præditos facultate probaſſe
 laudauiſſeꝝ uidemus. Quale illud de Meneftheo carmẽ legi
 mus. Nulla qui ſem huic ſimilẽ mortalem protulit ætas. Ordi
 ne qui martis turmas equitemꝝ locaret. Et quidem de home
 rica diſciplina armozꝝ legimus opera Stratoclis: Hermiæ: & Frontini nſæ
 ætatis uiri cõſularis: ied latius Aeneas genus id inſtruendi expoſuit: qui de
 rota quoꝝ re militari ſatis operum edidit: quæ Cyneam Theſſalũ redegif
 ſe in breuitatem cõſtat. Pyrrhus etiam epirota quem admodũ copix iſturi
 d'berent ſcripſit: & Alexander eius filius. Clearchus. Itemꝝ Pauſanias: Euã
 gelus: & Polybius Megalopolitanus: uir in uario lſæꝝ ſtudio delectatus &
 Scipionis familiaris. Ad hæc Eupolemus atꝝ Iphicrates. Poſſidonium ſtoi
 cus etiã artem iſtuedæꝝ acieꝝ ſcripſere: plureſꝝq; alii aut prima quædam
 imbuendi erudimenta edidere: ut Bryon: aut plenioreſ tractatus quos To
 picos a denotatione locozꝝ inſcripſerunt uerum enumerare oës qui aliqd
 de re militari ſcriptum reliquerunt: longũ & ſuperuacuũ eſt: oïum tamen
 opæra legi: & quid de iis iudicem dicã: oës fere ita mihi unanimiter ſcripſiſ
 ſe quaſi docere hoïes uellent non ignaroſ: ſed ſatis eazꝝ reꝝ peritoſ quas
 explicare ſtatuere: quod igitur nobis in cõmodũ cũ primũ rei huiſce
 modi diſciplinã aſſectaremus occurrebat: ut neꝝ præceptoreſ noſtræ æta
 tis idoneoſ haberemus: neꝝ ſatiſſacere poſſe ueterũ illa præcepta purare
 mus: id pro uiribus enitemur ne aliſ eueniat: cõmittamus: quam ob rem
 quotiens minus, ſoiam nſam uerbis ſatis exprimere poſſumus adiuumento
 uetemur figurarum deſcriptionis: ut ipſe conſpectuſ uſu intelligentiæ ſub
 ueniat. Nunſq; tamen antiquozꝝ auctozꝝ uocabuliſ uti omittam: ut qui pri
 mus hiſ noſtriſ eruſtimentis imbuatur: nihil poſtea peregrinũ ſibi ſonare
 arbitretur: cum illoꝝ opæra audit. Credo aut neminẽ fore qui noſtra hac
 uia & ratione inſtitutus nõ facile uetozꝝ quoꝝ oïa poſſit opæra intelligere.
 Vtilem oïum maxime diſciplinã hanc eſſe intelligi ex iſis licet quæ Plato
 philoſophuſ in eo opære quod edidit de legibus diſſerit. Cretenſium enim
 legum latorem ita leges cõdidiſſe affirmat tanq; hoïem ſemper parati eẽnt
 ad bellum: atꝝ in procinctu dimicandi cõſiſterent: omnibuſ naꝝꝝ inter ſe
 urbibuſ bellum geri quod nõ aliquo præcone aut ſociali: ſed ab ipſa rerũ
 natura idiceretur: quod cũ ita ſit. Quæ nã alia eſſe poteſt diſciplina uel po
 tior uel humanæ uitæ cõmoſior q; hæc rei militariſ. Initiũ uero ſumendũ
 ab iſis cenſeo quæ abſolutæ ad bellum atꝝ perfectæ appærantur: quazꝝ du
 pliceſ eẽ copias nouimus: Aut terreſtreſ enim aut naualeſ. Terreſtreſ quæ
 terra p'ientur. Naualeſ quæ mari aut fluuiis claſſe decertent. Sed de inſtru
 ctione naualiſ ordinis aliſ. Nunc quæ ad terreſtrem pertinet expeditionẽ
 exponemus. Hoïum igit quos ad bellũ colligimus numeruſ ita conſtat: ut

De instruendis aciebus.

partim bellatores sint: partim imbelles, tantū ad usus necessarios bellatores & ministeria accommodati. Bellatores si sunt qui ad decertandum instruuntur: armisq; aduersariū inuadunt. Imbelles reliqui oēs habent: ut medici ut tabernarii: ut serui: & cæteri qui exercitū ministerii cā sequuntur. Bellatores alii pedites: alii uectores. Pedites qui pedibus in terra cūmittuntur. Vectores qui aliquo ferantur uehiculo: quoque duplex est genus. Nam alii equis alii elephantis uehuntur: quin et qui equo utuntur seorsum in duas partes distinguuntur: quippe qui aut in curribus constant: aut equis ipsis insideant. Hæ sunt uniuersi generis differentia. Mēbq; pedestre atq; equestre multiplex est: quod uero in elephantis & curribus uersari, propositi: nulla euariat differentia. Pedestris itaq; ordo in partes dirigitur tres. Armatos: Velites: Peltatos. Armati grauitissimis inter pedites armis uti consueuerunt more Macedonum: & ob eam rē grauis armorum dicunt: ac nomē illud armati speciale accipiunt. Nam scutum amplius & rotundum gerunt: & hastā longiorem. Velites leuissime oīum armant: quo circa uel expeditos nūcupari eosdem licuit: non lorica induunt: non ocrea muniunt: nō clypeum aut scutum graue gerere soliti sunt: sed telis tantū utuntur aut sagittis: iaculis: lapide: aut ex fundis: aut ex manu: qui in genere Argili et telum ponendū est. Peltatis similis macedonica illi armatura in usu est sed leuior. Nam & peltatum scutum paruū leneq; est: & conti eoque longe sarissis sunt breuiores: deniq; genus id armorum locū inter uelites & armatos tenere aptū est: uidelicet grauius q̄ uelites: leuius q̄ armati: quā ob rē sunt complures qui eos cum uelitibus iūgāt: & utrosq; uocari uelint leuem armaturā. Equestres copiarum quæ a quadrigis seiungi & per turmas locari debent. Modo armati inter se distant. Pars enim armis tota obsepta est: & hinc cataphracti nomen sortita est. Pars non tota armis integitur. Cataphractus igitur intelligi eos uolo qui non solū sua corpora: sed etiā equos lorica undiq; muniunt. Partis autē nō cataphractæ alii hastati habentur: alii feretarii. Hastati qui manus conferunt: & cominus hasta decertant: quoque alii scutum gerunt: & inde scutari dicunt. Alii sine scuto hasta impugnant qui noīe speciali hastati uocantur & contati. Feretarii eques si dicunt: qui eminus solent dimicare: quoque alii iaculis: alii arcu utuntur: iaculantur quos Tarentinos uocamus. Arcu utuntur quoque equites sagittarii: & a nonnullis Scytæ etiā uocantur. Tarentinorum duo sūt genera. Nam alii longius iaculantur: & ob eam rē equites iaculatores dicuntur: & Tarentini speciali uocabulo. Alii cū semel aut bis iaculū miserint: quo leuiori utuntur: manus de cætero cū aduersario conferunt: & cominus pugnare incipiunt: nō secus q̄ quos hastatos appellari retulimus. Leues hos nominari solitū est. Ergo Tarentinorum alii Tarentini noīe suo uocantur: quod de longe iaculari consueuerunt. Alii leues qui pugnant cominus subeunt. Expositi genera copiarum numero, ix, armatos: peltatos: uelites: eques hastatos: Eques

iaculatores: eqtes sagittarios: eqtes cataphractos: currus: elephātos. Sed cū
 phalanx quæq; collegia p̄fecturas: ordines: numerūq; idoneum cōtineat:
 atq; ēt uerba fortiat: quæ tum ad præcepta quorridiani exercitii: tum ad
 plium ipsum accōmodentur: de his singulis doceamus necesse est. Primū
 igitur in hac disciplina & præcipuū est: ut ex multitudine hoīum quā fusā
 inordinatāq; acceperimus: idoneos eligamus: & locis cōueniētibus instrua
 mus: hoc est decuriemus: & condecuriemus: atq; ut numerū statuamus co
 piæ: qui modice cōmodeq; ad belli rationē & usum suppeditet: q̄ppe cū
 & in itinere & in castris & in præliis ipsis instructum haberi exercitum sit
 perq̄ utile. Iam sapius magnas copias inordinatas a paucis ordinatis militi
 bus profligatas legimus. Quā ob rē Aeneas ita genus id disciplinæ definit:
 ut scia sit bellicæ motionis. Polybius uero scientiam esse inquit qua hoies
 militari ordini admittant: decurient: cōdecurient: deniq; aptentur & eru
 diantur ad belli usum & rōnem. Decuria igitur est decurias instituere. Est
 aut decuria numerus hoīum qui a duce uno pone simplici subinde dedu
 ctus serie cesset uel in octauū uel in duodecimū uel in decimū sextum. Nu
 merus. n. decuriæ uarie ad hūc modū a diuersis auctoribus datur: ueq; in
 re nobis p̄posita sexdecim describatur: cum hic numerus tum ad phalāgis
 longitudinē modice habeat. Tum si usus aliq̄do exigat altitudinē: uel du
 plicari in. xxxii. & augeatur uel dimidiari ut in. viii. diminuat. nihil post
 positū expeditis militibus esse possit impedimēto. Nam siue iaculentur si
 ue funda aut arcu utantur: facile suo iactu altitudinem phalāgis exuperēt.
 Optimus cuiusq; decuriæ præponi & ductor cæteroz̄ ofum esse debet: q̄
 & decurio & decanus & dax & primus & præstes nuncupat. Vltimū decu
 riæ tergiductorē uocamus. Totam uero ipsam decuriam ordinem uersum
 & decaniam nonnulli etiam enomotiam quasi auctorationem a sacramen
 to militari appellant. Sed sūt qui enomotiam quartam esse decuriæ partē
 asserant. Præsedūq; enomotarcham præponant. Duas item enomotias
 diomeriam quasi bipartiam uocant: & principem Diomeritam: ita ut semi
 decuriam dimeriam quoq; liceat uocitari & semidecurionē. Diomeritam
 qui secundus decuriæ est: nam qui proxime decurionem postponitur sub
 stes dicitur: qui uero hunc sequitur præstes. Item substes qui proximus ab
 hoc præstite est: ac deinceps in hunc modum præstes substesq; locatur: ut
 ordo totus ex præstitibus & substitibus positis alternatim cōficiatur. Vn
 de merito decuriā ita quoq; diffiniunt: ut uersus sit ex primis secundisq; p
 uirtute institutis: atq; uni decurioni obtemperantibus. Condecuriare ē pri
 mæ decuriæ secundam ita apponere: ut alteri primi uersus decurionis de
 curio secundi uersus respondeat & lateri substitis primi decuriōis substes
 primus secundæ decuriæ ac deinceps ad hunc modum. Astes uero is dici
 tur qui ita appositus uiget: uerbi gratia decurionis primæ decuriæ astes.

De instruendis aciebus:

decurio secundæ decuriæ est. & substitis primæ. substitutes secundæ: itaq; deinceps quotiens igitur post secundam decuriam tertia & quarta: & reliquæ deinceps adiciunt. Talis constructio condecuriatio dicitur: totaq; coaugmētatio phalāx siue legis. Cuius lōgītudo prima decurionū ordiatio est: quæ & frons & facies & acies & iugū & os & duces & p̄stitēs & primi decuriæ uocari solita est. Quātū uero phalāgis pone frontē ad tergi usq; ductores porrigit: id altitudo noīat. Stare p̄ directū in lōgū astites iugare dicitur. Stare p̄ directū in latū p̄stitēs substitēsq; uersare uocabulū accipit. Phalanx se orium in primas sūmasq; partes duas a frōte p̄ totā sui altitudinē secatur quæq; altera cornu dextrum & caput uocat. Altera cornu leuū & pes dicitur: qua autē lōgītudo ita secatur oris & umbilici noīe utimur.



Est armatorū phalāgē pone leuis locat armatura. Eqtes uero ab hac loco tertio statuuntur: fieri tamē pōt ut usus uel secus difponi interdū exigat: quod in p̄gressu opis explicabimus. Nūc quātus armatorū atq; equitum numerus esse debeat: & quē ad modum singulos oporteat ordinari & ordines magna cū celeritate trāformari necessitate incūbēte cōueniat: & quānā disciplina mouendi de singulis ordinibus habeat. exponemus. Numēq; statuere certum copiæ nulla p̄babili ratione possumus. Prout enī rem suam quisq; plus minusue apparatus desiderare intelligit: ita modum describet. Sciendum tamen eos numeros diligē oportere: q; ad ordinū transformationē possint occurrere habiliores. Hoc est quotiens phalangis longitudinem augere: altitudinem dīminuere: aut econtrario agere uoluerimus: quam ob rem genus numeri illud probamus: quod subinde in partes æquas usq; in unitatem possit diuidi: unde auctores q; de acieq; instructione scripsere: magna ex parte phalāgē grauis armaturæ numero. xvi. milia. cclxxxiiii. institui censent oportere. Leuis armaturæ sub duplo eius numeri. Itēq; huius sub duplo equitū phalangem describūt. Nam. xvi. milia. cclxxxiiii. numerus dimidiari subinde usq; in unitatem potest. Formæ igitur descriptionisq; gratia hūc ponimus numēq;. Vnde sit ut quoniā decuria. xvi. hominibus cōstare p̄posuerimus. M. xxiiii. decurias confici necesse sit. Decuriæ in ordines digerunt: quibus singulis uel nōmen p̄prium iditum est: duæ nāq; decuriæ dilochiam uelut duplarem quandā decuriam: siue armaturā constituūt. hōrum. xxxii. cuius ordinis princeps dilochita: duplarem quidā decurio nuncupatur. Quattuor decuriæ tetrarchiam: quadruplarem dixerī decuriam faciunt hominum. lxxiiii. cui præest tetrarcha quadruplaris decurio. Duæ quadruplares illæ: centuriam constituūt hominū. cxviii. decuriæ. viii. cuius præfectus. centurio & a nonnullis ordiarius dicitur: duæ centuriæ manipulum reddūt decuriæ. xvi. hōrum. cclvi. cui manipularis præest. sunt qui genus hoc ordinis. cclvi. Xenagiam a mercenario mi-

lite uocent: eiusque principem xenagum. In hisce singulis. cclvi. hominum manibus hostes superordinarii. v. habent: Signifer: Tubicen: Minister: Praeco: Tergidux. Quadrā habere hūc ordinē formā certū est: longitudie ad. xvi. altitudinēq; ad totidē. Duo manipuli pēthacosiarchiā cohortem quēta riam componūt hoīum. d. xii. cēturiarū. xxxii. cuius princeps pēthacosiarcha Tribunus minor. Duæ cohortes quingētariae menarchiā. i. cohortem miliaria faciūt hoīum. M. xxiiii. cēturiarū. lxiiii. cuius pfectus menarcha Tribunus maior. Duæ millenariae meros hoc est partem cōstituūt hoīum. ii. milia. xlviii. cuius pfectū mēarchā aperte quasi partariū dicimus decuriarum. cxviii. genus hoc ordinis nō nulli. Telos nūcupauerūt: pfectūq; eius telarchā. Duæ partes phalangarchiā phalangem simplarē cōsumāt hoīum iiii. milia. xvi. decuriarū. cclvi. cuius pfectus phalangarcha princeps phalagis simplaris dicit. nōnulli strategiā id est p̄turā hunc ordinē uocāt: & strategum id est p̄orē eius principē nōiānt. Duæ simplares phalāges duplarē phalangē reddūt hoīum. viii. milia. c. xcii. decuriarū. d. xii. Sunt q̄ ordinem hūc meros. i. partē appellari uelint: q; modo cornu & alam diximus nōiari. Duæ duplares phalāges q̄druplarē phalangē coaugmētant decuriarum M. xxiiii. hoīum. xvi. M. ccc. lxxxiiii. Sūt itaq; in tota phalāge siue legione cornua duo phalāges simplares quattuor: partes octo cohortes miliaria. xvi. q̄ngentariae. xxxii. manipuli. lxiiii. Cēturiarū. cxviii. Centuriarū quadruplares. cclvi. Decuriarū duplares. d. xii. Decuriarū. M. xxiiii. Optimus q; p̄fectorū phalangū simplariū in prima simplari: hoc est in dextro cornu statuitur. secūds uirtute in secūda hoc est i leuo cornu locat. Tertius cum secūda in leuē ponit mediā uersus lecturā. Quartus cū prima in dextram hic etiā mediā uersus secturā. quod cū prima & quarta pfectos habeāt. Primū uirtute & quartū: secūda autē & tertia secūdū uirtutē & tertium pares utiq; uirtute suorū p̄cipū constāt. Nā si in quattuor magnitudinibus insunt p̄portiones aequales: quod a prima & quarta pueniat magnitudine. id esse aequale: qd̄ fit a secūda & tertia apertū in disciplinis mathematicis ē.

.xxxii.

.xxxiii.

iii. iiii.

.viii. .xvi.

Prima igitur & quarta secūdam & tertiā æquiperāt. Partium quoq; pfecti ita ordinatur: ut primus uirtute in leuo primae phalagis simplaris statuat. Secundus in dextro secūda. Tertius in leua tertia.

De instruendis aciebus:

Quartus i dextro quartæ. in singulis etiã decuriis q̄druplaribus decurio-
nes ita locant: ut primæ decuriæ princeps uirtute excellat. Quartæ secun-
dum uirtutis locū obtineat. Tertix tertiu. Secūdæ quartū. Ita eni uirtute
pares itra se cōstent cū prima primū & quartū uirtute habeat. Secūd: aut
secūdum uirtute & tertiu. Irē cū in singulis manipulis q̄tuo decimæ du-
plares cōtineant. Hac eadē rōne uel in his ipsis p̄cipes ordinemus: ut pri-
mæ quadruplaris. Præfectus i leuo ponat: & uirtute cæteris sit p̄stantior.
Quartæ leuū teneat cornu: & uirtute secūdus habeat. Tertix i dextro cō-
stituaf: & uirtute sit tertius. Secūdæ i leuo locet q̄rtus uirtutis rōne hanc
eandē p̄portionē siue cōparationē uel i maioribus p̄fecturis seruabimus.



Vnc de iteruallis q̄bus ar-
mati iter se distent tū in lō-
gū tū in altū agemus. Dif-
ferentia triplex est iterual-
li. Nā homo ordiatus cu-

bita q̄tuo occupat: Dēfatus duo: Cō-
stipatus unū. Densatio igit est cū ex la-
xioribus arctiora reddimus i terualla:
atq; ita p̄ astitē substititēq; corpus pha-
lāgis colligimus: & militē uniuersum
facimus. tum i lōgum tū in latū addu-
ctiore. Vex ita ut recipere possit imu-
tationē. Constidatio est quotiens pha-
lāx p̄ astitē ac substititē arctius sese colli-
git: quā mō dēfat i rettulimus. adeo ut
frequētiā militis nulla uel dextrorsus
uel sinistrorsus possit fieri declinatio.
Densat cū phalāgē duci i hostes placet
ipatori. Cōstipaf cū hosti aggredienti
resistendū in robore ē. Cū itaq; frontē
phalangis decuriones. M. xxiiii. cōple-
ant ii certe ordinati cubita. iiii. milia.
xcvi. lōgitudinis occupabūt. hoc ē sta-
dia. x. & cubita. xcvi. Densati stadia qn
q;. Cubita. xlvi. Cōstipati stadia occu-
pabunt. ii. & semis. & cubita. xxiiii. Ar-
mabitur phalāx scuto & hasta. Scutū
optimū quod macedonicum æneum
mediocriter cauū ad octo dodrantum

	Phalāx. ii. armati. p̄. ii. Pre. iii. armati. ph. iii. Ph. iiii. armati. p̄. iiii. Pre. i. armati. ph. i	Cornu leuum
0000000000	0000000000	0000000000
AAAAAAA	AAAAAAA	AAAAAAA
Eques.		
0000000000	0000000000	0000000000
AAAAAAA	AAAAAAA	AAAAAAA
	Os & iūbilic? & media scura	
0000000000	0000000000	0000000000
AAAAAAA	AAAAAAA	AAAAAAA
	Scura dextra.	
0000000000	0000000000	0000000000
AAAAAAA	AAAAAAA	AAAAAAA
	Cornu dextrum?	
0000000000	0000000000	0000000000
AAAAAAA	AAAAAAA	AAAAAAA

